Sternet. atq; nisi fallit augur diu viuens .i. permiseris

Annosa cornix. dum potes aridum cogere

Compone lignū. cras genium mero duos menses habente

Curabis. & porco bimestri cum seruis vacantibus

Cum famulis operum solutis.

**p** ALGA. herba marina & nullius vsus. vnde & Virgi. horridior rusco. piecta vilior alga ergo inutili alga.

**q** AB euro. qui vehemens ventus est. & grece sic dictus quod late perflat.

**r** ANNOSA cornix. Hesiodus multa de hominum quo referes cornici nouem nostras attribuit etates. quadruplum eius ceruis. id triplicatū coruis. vide ad pleynum Pli. li. vii.

**s** DVM potes. Ostendit autē tempus hiemis. dum ad focum parari hortatur & sacrificium genio institui vt Vir. Inuitat genialis hiems curasq; resoluit.

**t** GENIUM. Genius est numē quoddā familiare quod nobis nascentibus dat vt Seruius scribit li. vi. en.

**v** CVM famulis. hortatur vt diem festum agat.

## Argumentum odes. XVIII.

**f** Aunum agrestem syluestremq; deū orat. vti per suos agros mitis & innocens eat. cū pleno anno hedum ei vnaq; & odores plurimos tradat. agrestesq; etiam sibi tripudient. Hoc dicit.



Ode. xviii. Ad Faunum

a FAVNE nympharum. Fau-  
ni dei latinorum erant. quos in sil-  
uestribus locis traditum est solitos  
fari. quod farro scribit. Seruius etiā  
docet faunos dictos a fando. id est  
vaticinando vnde & fatuos dicti  
mus inconsiderate loquentes. de  
faunis autē poeta. li. i. g. ait. Et vos  
agrestum presentia numina fauni  
ferte simul faunūq; pedem. dicit au-  
tem fugientium. fugiūt enim nym-  
phe suam petulantiam. vel respexit  
ad fabulam panis. in qua fingitur  
infectatus syringam nympham.  
que fugiens miseratione deorum  
in calamos conuersa est. ex quibus  
pan fistulam composuit.

b LARGA nec defunt. Ordo  
est. Nec defunt veneris sodali larga  
vina in cratere.

c VINA cratere. Craterem vene-  
ris sodalem dixit quia sine cerere et  
bacho friget venus.

f Aune nympharū fugientū amator  
<sup>agrorū amena</sup>  
Per meos fines & aprica rura  
<sup>miris placidus .i. respicias</sup>  
Lenis incedas. ab easq; paruis  
<sup>benignus vernas tollit</sup>  
Aequis alumnis.

<sup>siquidem .i. completo</sup>  
Si tener pleno cadit hedus anno  
<sup>scz tibi fauno q; co sodalis veneris</sup>

Larga nec defunt veneris sodali  
<sup>scz tua</sup>  
Vina carere. ve tus ara multo

Fumat odore.

<sup>q. d. non solum homines gaudent</sup>  
Ludit herbofo pecus omne campo  
<sup>fauno tunc enim fauno sacra celebrabantur</sup>

Cum tibi non redeunt decembris  
<sup>tua festa celebrans .i. ab labore</sup>

Festus in pratis vacat ocioso

Cum boue pardus.  
<sup>non semper audaces sed illo die.</sup>

Inter audaces lupus errat agnos  
<sup>ad tuum honorem</sup>

Spargit agrestes tibi silua frondes  
<sup>ppter annuū laborem agricola</sup>

Gaudet inuisam pepulisse fossor  
<sup>numerusq; numero</sup>

Ter pede terram

d VETVS ara. Ex hoc ostendit  
quod per multos annos sacrificiū  
hoc institutum fuerat.

e LVDIT herbofo. Id erat in nu-  
minis honorēvt etiā pecora gau-  
derent & luderent. que sub eius tu-  
tela sunt.

f PARDVS. Sunt pardi panthe-  
rarum mares. panthera autem &  
tigris macularum varietate specta-  
tur. suntq; pantheris in cādido bre-  
ues macularum oculi. serunt colo-  
re earum mire sollicitari quadrupe-  
des cūctas. sed capitis toruitate ter-  
rerit. quam obrem occultato eo reli-  
qua duicedine inuitatas corripit  
Auctor est Pli. li. viii.

g GATDET inuisam. Sensus  
est q; in faunalibus agricole salta-  
tionem adhibeant. vt omnis pars  
corporis leticiam exprimat.

Argumentum odes. XIX

e Helephum poetam grecum familiarēq; suū cū ioco arguit: is. n. grecorū historias referebat hora-  
tio: cum tempus posceret conuitiū potius necessaria tractare: hortatur inde puerum suum: pos-  
cula preparere: assintq; tibi cum lyra & fistula. Hoc dicit per totam odam.





# Liber Tertius

## De XIX. ad Telephum.

**h** INACHVS videad plenum odetertia. li. ii. Inachus autem primus argiuorum rex qui regnavit annis. l. anno. aut mundi. M. M. M. cc. xl. auctor est Eusebius.

**i** CODRVS. Fuit is athenensium rex xvii. qui regnavit annis. xxi. anno mundi. MMM. cx. ut scribit eusebius. utque iustinus li. ii. ait. Cum essent inter athenienses & dorienses simultatum veteres offense. quas vindicaturi bello dorienses de eue tu prelii oracula consuluerunt respondit foreni regem atheniensium occidissent cum ventum esset in prelium militibus ante omnia custodia regis atheniensis precipitur. Atheniensibus eodem tempore rex codrus erat qui & response dei & preceptis hostium cognitis permutato habitu pannosus sarmento collo gerens castra hostium ingredi. ibi in turba obsistentium a milite quem falce astu conulnerauerat interficitur. cognito regis corpore dorienses sine prelio discedunt. atque ita atheniensis virtute ducis pro salute patrie se offerentis bello liberantur.

**k** GENVS eaci: Aecus fuit is iouis eginece filius. genuit autem thelamonem. peleum & phocum. Expeleo ac thetide achilles ortus. qui cum agamemnone ad troiam accessit. auctor in iis Diodorus li. v.

**l** SACRO ilio: A diis enim menia sibi constructa fuerant. vel ad imitationem homerum. qui sepe dicit sacra troiam.

**m** PELIGNIS frigoribus. pelignum populi sunt marsis vicini. ut scribit strabo li. v. Sulmo autem pelignorum est mediteranea ciuitas ut docet li. iii. ptolo. Hic nasone poeta nobilissimum natum dicit. est autem regio propter montes frigida:

**n** DA lunę. Hortatur puerum ad paranda pocula. Ordo est puer da pro pere pocula noue lunę. da medie noctis da pocula murene auguris pocula miscentur tribus ciathis commodis aut noue. Dicit autem lunę noue. i. lunę honorē. hoc ait quoniam solebant olim sumere pocula in deorum honorem. aut heroum aut amicorum hinc Martialis inquit neuia sex ciathis. septem iustina bibatur omnis ab infuso numeretur amica phalerno.

**o** TRIBVS aut nouem. Gellius scribit varronem dixisse conuiuia

differt. vel tpe vel virtute.

**q** Vantum distet ab inacho

**i** p. n. regio  
**Codrus** patria non timidus mori

**o** rhyelaphe historiam  
**Narras**: & genus eaci.  
participium sine verbi origine

**Et** pugnata sacro bella sub ilio.  
de chio vino optimo. superius dictum est.

**Quo** diuum precio cadum  
i. cinamus  
refecit. est enim aqua tepida remedium ebrietatis

**Mercemur**. quis aquam temperet ignibus  
et nostris hospitibus  
i. hora

**Quo** prebente domum. & quota  
i. cinamus  
quarta hora possim me domum recipere ut illa tectus possim vitare frigus.

**Pelignis** caream frigoribus: taces  
loquitur tanquam in conuiuio sit

**Da** lute pro pere noue.  
i. bibamus in honorem medie noctis & auguris murene

**Da** noctis medie: da puer auguris  
augurio pollebat murena

**Murene**. tribus aut nouem  
i. sine domo

**Miscentur** cyathis pocula commodis  
ut nos potesumus

**Qui** musas amat impares  
ne inebretur

**Ternos** ter cyathos attonitus petet  
i. liber saccola.

**Vates**: tris prohibet supra  
litium  
propter ebrietatem

**Rixarum** metuens tangere gratia  
quare nude fingitur gratie supra li. i. ed. iij. dictum est.

**Nudis** iuncta sororibus

**Insanire** iuuat. cur berecynthie  
spus quia ex flatu sonum emittit tibia

**Cessant** flamina tibię.  
quia quoad pender sonum non habet

**Cur** pendet tacita fistula cum lyra  
nihil agentes  
pulsant.

**Parcentes** ego dexteris  
in mensa .i.

**Odi**. sparge rosas. audiat inuidus  
fundundum  
p. n. viciat

**Dementem** strepitum lycus:  
i. fore lyca amica est  
apra

**Et** vicina seni non abilis lyco

rum numerum oportere incipere a gradiarum numero. & progredi ad musarum id est proficisci a tribus & consistere in nouem. ut cum paucissimi conuiuę sint. non pauciores sint que tres. cum plurimi non plures que nouem. Nam multos esse inquit non conuenit. quod turba plerumque est turbulenta.

**o** TRIS prohibet supra. Ne si supra nouem addideris tres ebrius factus exurgas in lites. que sunt gratie leticieque contrarie Ideo gratie ne de pinguntur veluti sine dolo. sine fraude. sine aliquo velamine.

**p** BERECINTHIE: Berecynthus urbs phrigie. unde & tibias phrigias dicit. que matris deum sacris adhiberi consueuerant ad quarum cantus a conuiuantibus saltabatur. ut tympana vos buxusque vocant berecynthia matris vel quia tibię ipsa inuentrix fuerit.

**q** FLAMINA. Quia ex flatu sonitum emittit. unde tibias tubas & similia non pulsare sed inflare dicimus. Vir. Inflauit cum pugnis ebur tyrrhenus ad aram.

**r** FISTVHA. Hec ecannis ut plurimum fiebat Vir. Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula. ceterum ex variis metallis etiam sunt. ut sint tanquam cannales omnibus liquoribus peruenam que crassiores & fictiles sunt. tubulos appellant ut demonstrat vitruuius. **s** SPARGE rosas. Festinanti sibi festinatione oratione accommodata & que in furete furorē sapiat. Nam & interrogatio & repetitio & dissolutio que colores tres rhetorici tres assunt hanc festinationem ex furenti cupiditate puenientē ostendunt. huiusmodi vehemētiam et alibi inuenies. & presertim apud virgilianam didonē cum abeunte iam enea sic secum querit cuius in scium est. Proh iupiter ibi hic ait et vris illuserit aduena regnis. hoc enim eloquentis simul & sapientis scriptoris est. ut non modo concedentes sententias. sed genus quoque dicendi nature rei de qua agitur conueniens accommodat. **t** AVDIAT lycus. Vicinus hilaritatis nostre strepitum et inuidiam patiat ut Vir. Fit strepitu tectis vocibus que per ampla volutant atria. **v** NON abilis lyco. Vxor que se mipeulla inabili coniuncta esset. unde & zelum eius ostendit. dum inabilem dicit.

x SPISSA te. Ordo est. doe tempestiua. petite nitidū spissa coma & similem puro vespero Spissa quod est adolescentie. nam in grauescente etate non sunt densi capilli. quia caloris defectu caluescim.

densa

Spissa te nitidum coma:

quia non nubibus obscuratur

Puro te similem telephe vespero

virtuosens

Tempestiua petit doe.

negabilis

p.n. amica.

Melentus glycerę torre amor meę.

y LENTVS amor. Eleganter lentus amor. q. latens & occultus ac sine flamma vrit. Vel lentus idest diuturnus nam que lente procedunt diu procedunt.

Argumentum odes. xx.

e Rat insignis puer Nearchus apud mulierem quandam. Pyrrhus autem poete fodalıs illum rapere destinarat. Admonet igitur horatius illam secum pugnaturam Victorieę facultatem esse penes Nearchum puerum nam ille victor erit quem ipse voluerit. Laudat inde pueri formam. H.d.



Ode. xx. Ad Pyrrhum

a GETVLE CATulos. Leeng Amantem mulierem leeng habenti filios comparat. nam sicuti orbanais. Jena fuerit. sic etiam mulier illa rapto sibi amato puero.

b TIBI preda cedat. Interrogatiue legendum. est enim sensus, vinq

n On vides quanto moueas periculo

Pyrrhe getule catulos leeng.

.i. timidus

Dura post paulum fugies inaudax

Prelia raptor

q. tibi mouebit mulier amica

nearchi pueri

Cum per obstantes iuuenum cateruas

.i. ipsa mulier

p.n. pueri

Ibit insignem repetens nearchum

.i. ipsa mulier cer

tans & furens

Grande certamen tibi preda cedat

.i. vince tu nean illa

Maior an illi;

pirrhe res

Interim dum tu celeris sagittas

adhuc pstat in metaphora

Promis. hec dentes acuit timendos;

celnetu an illa.

c INTERIM dum. Suauissima est allegoria. & manet in translatione nam ostendit quod antequam in certamen destendatur yterę sua instruit arma.

# Liber Tertius

**d** NVDO pede. Ostendit enim victorē fore cui puer voluerit palmam tradere & seipsum.

*i. ipse puer pugne iudez*

*vissoluto*

Arbiter pugne posuisse nudo

*victoriam*

Sub pede palmam

*agitate captas*

etiam homerus in iliade. a quo tam preciosus tradit vt omnes grecos excepto Achille superaret.

**e** FERTVR. Dicit poeta frustra ri pyrhum comitem conante ab amore meretricis reuocare iuuenē

*f. venet succubuisse*

Fretur & lene recreare vento

*vnguento illitis*

**g** RANTVS. f. Ganimedes quem iupiter in aquilam conuersus ab ida monte phrigie ad celum rapuit sed huius fabula nota est.

**f** NIREVS. Is regnavit in naxo insula. fuitq; charopi filius atq; alage speciosus admodum. et qui cum agamēnone ad troiam profectus est. vt Diodorus ait li. vi. meminit

Sparsum oderatis humerum capillis;

*q̄ fontib' fluuissq; abundat*

Qualis aut nireus fuit. aut aquosa

*f. ganimedes*

Raptus ab ida.

**h** AB ida aquosa. bene aquosa ab ida. eni monte defluunt scamader & symois. vt scribit Mela.

## De XXI. Ad Amphoram

**a** Amphoram hortatur optima vina effundere in coruini gratiam: qui & si mores socraticos habet non tamē a potu abhorrebit catonis exemplo: is enim mero caluisse pluries legitur edocet inde quid merum efficiat. Hoc dicit.



**h** ONATA mecum & c. Pro m itit amphoram vetusti vini ex veteratorio sic enim cellam appellabant. in qua ad multos annos duraturum condebant promittit. ergo amphoram qua coruinum in conuiuio letius accipit qui quamuis philosophus sic non abhorret a poculis exemplo Cathonis qui & ipse summa grauitate admirandus vir ad multam noctem conuiuia pitifando & sorbilando vinum producebat. nō quod bibax esset homo. sed cupiebat sermone familiari aliquid de animi tristi seruitate minuere vino quidem modo dico. sed quoniam tenuisse sorbilando potabat ad plures horas durabat. Vnde & omnis tristitia exhilarabatur. & temperantie fines non excedebat.

## De XXI. ad āphorā

*iocose alloquitur amphoram*

**o** Nata mecum consule manlio

*amphora.*

**i** CONSVLE manlio. Vno tempore demq; tempore vini amphoram. & se natum asserit.

Seu tu querelas: siue geris iocos

*siue tram non*

**k** SEV tu querelas. Vno enim aut queruli. aut hilares. aut venerei. aut pugnaces. aut fomnolenti fiunt.

Seu rixam: & insanos amores:

*amphora*

Seu facilem pia testa somnum

*lene scorsali optimū vinū*

**l** LECTVM. In amphora cōstitū hū nomen in vetustatis testimoniū

Quocunq; lectum nomine massicum

*lectū festo*

Seruas: moueri digna bono die

Descende coruino iubente.

*pur pmas lencuidterea reddentia*

Promere languidiora vina

**m** NON ille quamquam. Ordo & sensus est. non ille tenegliget nec est in hoc horridus quamquam philosophic studiosus sit.

**n** NARRATUR & prisci cato nis. Probat exemplo Cathonis. & dixit narratur. quia illum non vid erat. sed ab his qui viderant acceperat puer enim poeta erat. cū apud vticam se ille interemit. Poeta autē abusus est nomine. non enim cato priscus. sed vticensis vino inuigilabat. vt iam ostendimus vel ad tempora sua respexit. Erant quippe et alii catores.

**o** LENE tormentum. Vini calorem. atq; potentiam. & molestiā quandam lenē tormentū appellat.

**p** IOCOSO lyeo. Per vinum quippe multi iocosi fiunt & hilariter. Virgil. Assit leticie bachus dator & bona iuno.

**m** Non ille quamq; <sup>persusus est</sup> socraticis <sup>amphoram</sup> mades <sup>contemnit</sup>

Sermonibus te negliget horridus.

**n** Narratur & prisci catouis <sup>vino</sup> <sup>cituisse</sup> <sup>ingentū</sup>

Sepe mero caluisse virtus. <sup>edocet quid merum efficiat</sup>

Tu lene tormentū ingenio admoues

Plerumq; duro tu sapientium <sup>secretū</sup> <sup>p facto</sup>

Curas. & archanum iocoso <sup>ebrii enim secreta pandū</sup> <sup>vino</sup>

Consilium retegis lyeo. <sup>q amphora</sup>

Tu spem reducīs mentibus anxij <sup>mestis</sup>

Viresq; & addis cornua pauperi <sup>violentiam</sup>

Post te nec iratos trementi <sup>post tuum porum</sup> <sup>timenti</sup>

Regum apices neq; militum arma <sup>potentia & sublimitates</sup>

Te liber: & si leta aderit venus <sup>pigre</sup>

Segnesq; nodum soluere gratie <sup>parcentibus</sup>

Vireq; producent lucerne. <sup>si. cum redit dies. ergo per totam noctem</sup> <sup>sol</sup>

Dum rediens fugat astra phœbus:

**q** TV spem reducīs. Mesti enim vbi vino incaluerit melius sperant.

**r** VIRESQVE & addis cornua Festus enim inquit homines nimio vino truces fieri. ideoq; liberi patris simulacro cornua addi. Ouis dicitur item li. i. De arte de vino ait. Vina parant animos faciuntq; coloribus aptos. Cura fugit multo diluiturq; mero. Tunc veniunt risus tunc pauper cornua sumit. tūc dolor & cura. rugaq; frontis abicit. Tunc aperit mentes quo rarissima nostro. Simplicitas artes excutient te deo.

**f** TE liber. Sensus est. quod liber venus. & gratie veneris comites. & lucerne peruigiles vsq; ad sequentem auroram potus producent. quod & de catione legitur. Ordo autem est. Liber viue lucerne producent te. dum phœbus rediens fugat astra si leta venus aderit. & si aderit gratie segnes soluere nodū.

Argumentum odes. xxii.

**d** Iane officia celebrat: est. n. montiū nemorūq; custos. est virgo fauet puerientibus & morteliberat post hec pinū qndā ville suę iminentē. eidē cōsecrat pmittēs anno quoq; verrē sacrificare. h. d



# Liber Tertius

## Ode. xxii. Diane officia celebrat

**t** MONTIVM custos. Dianę varias potestates. & annua illi sacra pollicetur.

**v** VIRGO. Hec in celo luna. in terris diana. apud inferos proserpina appellatur dicitur ergo tergemina. Item hecate propter centum. i. multiplices potestates Vir. Terge miina hecateri virginis ora dianę preest & diis. que quia sceleres sunt. idcirco ipsa dea virgo fingit.

**x** QVE laborantes. Preest parturientibus et appellat iuno lucina. i. que iuuet ad veniendū in lucē. Nec refert vtnomina dearum confundantur. Nam prisca religio omnes deos ad solē omnesq; deas ad lunam referebant vt aperte demonstrat Macrobius. Hinc maro solē

**m** <sup>filiorum</sup> Ontiū custos nemorumq; virgo

**Que laborantes vtero puellas**

crinarius numerus religioni quia prestat vt inco  
mburū est lumen parant

**Ter vocata audis: adimiscq; leto**

**Diua triformis**

**Imminens velle tue pinus esto**

**Quam per exactos ego letus annos**

**Verris obliquum meditantis ictum**

**Sanguine donem.**

lunāq; vocaturus dixit. Vos o clarissima mundi liberi & alma ceres Bachum Cereremq; pro sole & luna ponens. preest infantibus quia illis dum in matris vtero sunt plus est vegetatiue potentie. que a luna est quam sensatiue que est a sole.

**y** IMMINESville. Ordo est. Pinus imminens velle tua esto pro sit & sic melius dictum quam si dicitur esto adverbium concedentis.

**z** VERRIS obliquum. Modū ferientis porci describit. nam scutus ledunt verres cum transversum feriant iuxta dentium naturam.

## Argumentum odes. xxiii.

**f** Cribit ad phyliren dicens quod si ad celum tendet supinas manus noua quidem luna: si ture & fruge lares placarit & porca. eius vites minie ab aphrico offendent. nec segetes a rubigine nō etiā alumni sui in autumnno grauabuntur. Concludit demū deos satis placare etiam minimis. dum modo quis eos sine crimine & scelle precetur. Hoc dicit.



## Ode xxiii. ad Phyliren

**a** PESTILENTEM aphricum Plinius lib. xviii. ca. xlix. ita scribit Ex aduerso aquilonis ab occasu

**c** <sup>ad celum</sup> Elo supinas si tuleris manus <sup>eleuaueris</sup>

**Nascenteluna rustica philyre**

**Si ture placaris: & horna**

**Frugelares anidaq; porca:**

**Nec pestilentem sentiet africum**

**Fœcunda vitis. nec sterile seges**

brnnañ aphricus quem greci liba vocant & c. Est autem ventus huiusmodi vt lib. ii. docet.

**b** RVBIGINEM. Carbum  
lum quo spica in nigredinem verti  
tur et omne granum corrumpitur.  
Varro tamen dicit rubiginem pro  
prie appellari vitium obscenelibit  
dinis de hac Vir. vt mala culmos  
esset rubigo.

**c** POMIFERO anno. Autum  
num intelligit de quo etiam Ouis  
dus li. ii. de arte ait. Sepe sub autū  
num cum fortissimus annus ple  
nax; purpureo subrubet vva me  
ro Cum modo frigoribus premi  
mur modo soluiumur estu. Aere  
non certo corpora languor habet.

**d** NAM que. Ordo est. Nā de  
u a victima que pascit inter quer  
cus & ilices. aut crescit albanis in  
agris ceruice tinguet pōtificum se  
cures te coronantem marino rore  
et fragili myrto paruos deos nihil  
atiner tentare eos multa cede bi  
dentum.

**e** SECVRES. Quia maiores ho  
stie securi seriebantur.

**b** Rubiginem aut dulces alumni

i. i. molestū & noxiū

**c** Pomifero graue tempus anno

**d** Nam que niuali pascitur algido

**e** Deuota quercus inter & ilices

**f** Aut crescit albanis in herbis

**g** Victima pontificum secures

**h** Ceruice tinguet te nihil attinet

**i** Tentare multa cede bidentium

**k** Paruos coronantem marino

**l** Rore deos fragiliq; myrto

**m** Immunis aram si tetigit manus

**n** Non sumptuosa blandior hostia

**o** Mollibit auersos penates

**p** Farre pio: & saliente mica

**f** BIDENTVM. Bidentes pro  
prie oues que duos annos habent  
vt docet Acron. de iis late Gellius  
& Macrobius.

**g** NON sumptuosa hostia. Or  
do est. non mollibit aduersos pen  
nates sumptuosa hostia blandior  
fare pio & saliente mica. Et nota  
plus valere far. id est paruum sacri  
ficium cum innocentia, quam ma  
gnum cum scelere. Sumptuosa au  
tem hostia non nominari. sed ab  
latiui sunt casus. sa enim cesura lō  
ga est & esse debet: nam sensus ali  
ter non quadret.

**h** SALIENTE mica. Saliente  
autem micam salis granum intel  
lige quod saliat cum in ignem mis  
sum sit.

Argumentum odes. XXIII.

**i** Naturas inuehitur. arguens primū eorū plurima minimeq; necessaria edificia. non. n. cōtentū  
terrestribus: in mari quoq; edificabant. quod quidē nihil prodesse dicit ad fugiendā mortē om  
nino: namq; licet etiam multa quis possideat moriendū erit. Laudat exinde scythas: qui domibus carē  
tes plaustris pro illis vtuntur. & paucis contenti viunt. Quicunq; autem & laudē & gl'iam optat: ha  
bendi cupiditatem frenare debet: Vnde damnantur illi: qui acquirendi gratia omne periculū subeunt  
spreto etiam mari quocunq; relictaq; arduę virtutis via. Hortat inde v' in capitolū gemmas & aurū  
v' in mari mittenda vt malorum cause fugentur. Damnata postea parentū pfidiā in acquirendis res  
bus indigno & vitioso viro. Hoc dicit



# Liber Tertius

## Ode. XXIII. In avaros.

**I** INTACTIS opulentior. Ordo est. tu avarus opulentior intactis thesauris arabum & diuitiis indie licet occupes omne tyrrhenum mare. & mare ponticum tuis antenis. non expedies animum metu & caput laqueis si quidem dira necessitas figit adamantinos clauos summis verticibus. Animaduertat poeta nullam perniciem hominibus capitaliorem esse quam auariciam qua propter variis rationibus illam a mentibus humanis euellet re tetauit. nunc autem maxime ex eo a vita amouendam esse probat. quia neque fata neque mortem fugiant diuitie. Censet igitur abigendam omnem cupiditatem ne vitis que ab illa sunt coinquinemur. Cum illi qui cum virtute degunt. & in vita magno in honore habeantur. et post mortem celebre & immortalis de se nomen relinquunt.

**k** ARABVM & diuitis indie. Ditissimas gentes ad diuitiarum emphasim posuit. Arabes enim qui propter copias aromatū que in omnes orbis partes inde exportantur undique ingentes pecunias coaceruant. India autē fertilitate agrorum preterea auro argentoque & vni omnibus qui ex mari sunt. et multis preciosissimisque lapillis reliquas regiones superat.

**I** NON animum metu. Sensus est. quod mortis necessitate nulli diuitiis carere possumus.

**m** CAMPESTRES scythe. Scytharum nomadum parsimoniam proponit romanorum diuitiis de nomadibus scythis pastoribus multa. Vir. li. iii. ge. Et strabo li. vii. sic ait. Nomades enim tentoriis vtuntur centonum instar pilo contextis in plaustriis vitam degentes. circūque tentoria pecora committantur a quibus victum captant. & alunt lacte caseo carne. pasua vero sectantur loca semper herbosa permutantes hibernis quidem temporibus meoticis versantur in paludibus. estiuis vero per campetria vagantur. &c.

<sup>intolantia tu</sup>  
**i** Intactis opulentior

<sup>l</sup>  
**Theauris arabum: & diuitis indie**  
<sup>lapidum & ligno: u teneas</sup>

**Cementis licet occupes**  
<sup>p hyperbolen exprimit infans instructione illius seculi. & moles in mari tacitas</sup>

**Tyrrhenū omne tuis: & mare ponti cū**  
<sup>si quidem vniuersos & infrangibiles</sup>

**Si figit adamantinos**  
<sup>.i. virtus summis seu mors</sup>

**Summis verticibus dira necessitas**

**Clauos. non animum metu.**

<sup>nam mors oēs illa q̄a. nec pot̄ quisq̄ ab illius laqueis caput dissoluere</sup>

**Non mortis laqueis expedies caput**  
<sup>quod in campis sine rectori vtiuntur</sup>

**Campestres melius scythe**  
<sup>ex consuetudine</sup>

**Quorū plaustravagas rite trahūt domos**  
<sup>frige ore constricta</sup>

**Viuunt. & rigidi gete.**  
<sup>intemperate inter se communes</sup>

**Immetata quibus iugera liberas**

**Fruges. & cererem ferunt**  
<sup>nam tantum seculi ferunt. quē ad annū sufficiat</sup>

**Nec cultura placet longior annua**  
<sup>vnquamque fatigatū in labore</sup>

**Defunctumque laboribus**  
<sup>succedit in labore</sup>

**Aequali recreat sorte vicarius:**

**Illic matre carentibus**  
<sup>abstinet ab iniuria.</sup>

**Priuignis mulier temperat innocens**  
<sup>non habet potestatem super virum</sup>

**Nec dotata regit virum**  
<sup>quia nolunt adulteros</sup>

**Coniunx. nec nitido fidit adultero**  
<sup>lapud illos</sup>

**Dos est magna parentium**  
<sup>concupitum</sup>

**Virtus. & metuens alterius viri**  
<sup>vinculo</sup>

**Certo foedere castitas**  
<sup>sensus est. peccare autē illis est nefas. aut pena est mortis</sup>

**Et peccare nefas: aut precium est mori.**  
<sup>et punitio</sup>

**O quisquis volet impias**

**n** RIGIDI. GETE. Thraces sunt quos rigidos dixit propter frigora regionum earum.

**o** IMMETATA. sine metis & terminis.

**p** DEFUNCTVMQVE laboribus. id est illū qui anno precedenti elaborauerat alter sequenti anno recreat. quiescit enim ille altero operante. Cesar li. iiii. de bel. gal. scribit suos germanorū omnium bellicosissimos. centum pagos habere ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliquos vero qui domi manserint se atque illos alii hi rursus inuicem anno post in armis sunt. illi domi remanent. sic neque agricultura neque ratio atque usus belli intermittitur. sed priuati atque sepe agri nihil est.

**q** NEC dotata. Sensus quamuis ibi dotatae sint coniuges. attamen viris suis debent obtemperare. quod romae non erat. hinc Iuuenalis ait. Intolerabilius nihil est quā focum na diues.

**r** DOS est magna. Castitatem laudat exemplo barbarico eo quod dotem habent virtutem parentum & amorem coniugum. que viros vitates externos seruant pudicitiam coniugalem.

**f** CERTO foedere. Quod quidem inter virum & uxorem sit ut alter alteri fidem seruet.

**t** ET PECcare nefas. Sensus est. quod mulieribus illis peccare est nefas. morsque est peccati precium. punitur enim illico impudice quod sane in italorum dedecus dicitur.

**v** O QVISQVIS. Non recte a superiore ode hec sepe rata sunt. cum independeat & illis annexa sint.

Si queret pater urbium. Si quis velit patrie pater vocari & statuarum titulos habere. remoueat licentiam presumendi. & illicita non presumat admittere.

CLARVS post genitis. Aut postea laudatur in filiis. aut ob seueritatis & correctionis institutum posteris admirandus.

QVATENVS. id est quadiu. nam quatenus aduerbium est interdum temporis. interdum loci. quatinus vero coniunctio est tantum.

HEV nefas. Per interpositionem dictum est ut exprimat dolor odimus ergo virtutem in uiuentibus. deinde cum sublata est ex oculis. i. cum defunctus est homo in quo virtus erat tunc illam querimus. i. desideramus. posuit enim subsequens pro antecedenti. nam desiderium inquisitionem antecedit.

QVID tristes. Sensus est. quid prodest conqueri de vitiis si culpa punitur supplicio. Quid leges. Sensus est. quid prosunt leges sine obseruatione & vsu.

autem seditionem auferre de roma.

Cedes & rabiem tollere ciuicam

Si queret pater urbium

.i. statuarum titulos habere

Subscribi statuis: indomitam audeat

presumens illicitam.

Refrenare licentiam

fama & gloria postrema

Clarus post genitis quatenus (heu nefas)

in corruptam

Virtutem incolumen odimus

nostris

Sublatam ex oculis querimus inuidi.

.i. proficiunt

Quid tristes querimonie

pena

Si non supplicio culpa reciditur.

q. d. si non obseruentur

Quid leges sine moribus

Vane proficiunt: si neque feruidis

australem intelligit

Pars indusa caloribus

vult: autem intelligi septentrionem.

Mundi nec boree finitimum latus

Durateque solo niues

repellunt: timida

Mercatorem abigunt. horrida callidi

cupidiore

Vincunt equora nauite

Magnam pauperies opprobrium iubet

quodlibet

Quid vis. & facere. & pati

.i. pauperias

Virtutisque viam deserit ardue

q. sapientiores sumus

Vel nos in capitolium

.i. pontificis

.i. sacerdotum

Quo clamor vocat. & turba fauentium

Vel nos in mare proximum

Gemmas & lapides. aurum & inutile

summum malum auaritiam dicit

Summi materiam mali

c. Si neque feruidis. Nihil potest ob stare cupiditatibus per quas non tantum leges irumpuntur. verum etiam rerum natura expugnatur. lucri causa. dum etiam nec inhabitabiles orbis regiones possunt prohibere commercia.

d. FINITIMUM latus. nobis vicinum nam septentrionalis plagam nobis vicinior. utpote in qua est axis. ut Vir. Hic vertex nobis sublimis est. & c.

e. MAGNUM pauperies. Sententia est. quod paupertas quae iam in opprobrium & dedecus habetur iubet omnia pati & subire. respecta virtutis via ut enim dicitur fas & nefas vna confundunt.

f. VEL nos in capitolium. Hoc in loco poeta ipse horatius consulit vel in capitolium gemmas & aurum vel in mare mittenda ut eis inuoluntariorum cause fugentur.

g. CLAMOR. illuc enim cum spectantium clamore et plausu triumphantes accedebant.

M III



# Liber Tertius

**h** SCELERVM si bene . q. d. si  
piger scelerum & malorum tollat  
tunc elementa auaritie

**i** TENERE mentes. Duplex in  
tellectus vtrum puerorum men-  
tes teneras dicat esse formadas ad  
asperiora studia hoc est fortiora.  
an certe luxuriosorum mentes res-  
neras appellat quas vult abiectis  
luxurie instrumentis auro & gem-  
mis asperioribus studiis reformari.

**k** NESCIT equo rudis. Culpat  
romanos quos omissio exercitu  
studio ad grecos ineptos luxurio  
soscq; ludos. filios transfuisse com-  
memorat.

**l** TROCHO. Instrumentum est  
orbicularum in acutum desinens  
quod habentis verberatum assiduo  
voluitur. Vir. Ceu quondam volu-  
tans sub verbereturbo. Quem pu-  
eri magno in gyro vacua atria cir-  
cum intenti ludo exercent ille actus  
habena. Curatis fertur spaciis stu-  
per scia turba. impubesq; manus  
mirata volubile buxum.

proiciamus

h

.i. valde

Mittamus. scelerum si bene poenitet   
penitus euellenda cupiditatis

Eradenda cupidinis

principia & cause molles

Praui sunt elementa: & tenere nimis

Mentes asperioribus

exercente

.i. qd se no exercuit

Formande studijs. nescit equo rudis

liber et generosus

Herere ingenuus puer

Venariq; timet ludere doctior

Seu greco iubeas trocho.

Seu malis vetita legibus alea

perfidia

Cum periura patris fides

in hereditate


Consortem socium fallit. & hospitem

.i. ppter scelera indignus est

Indignoq; pecuniam

Herediti pro peret scilicet improbe

iniqua

Crescunt diuitie: tamen 

.i. iuris

Curte nescio quid semper abest rei.

**m** VETITA legibus alea. Desu-  
dis lege prohibitis tunc ipse legum  
titulos & tractatus conspicio. plu-  
rima etiam videbis euitanda.

**n** CVM periura pa. si. Dicitur  
poeta parentum perfidiam in acqui-  
rendis rebus indigno & vitioso  
heredi.

**o** INDIGNO heredi. Vituperat  
ergo auarum primo quod questus  
gratia tolleret omnes labores atq;  
pericula. Deinde per stultitiam pu-  
tat summum malum esse pauperi-  
tatem. Tertio in loco quod querat  
per omnem nefas & scelus. Additur  
quanto quod sit malo exemplo  
nere etati filiorum. Ad dicitur & quom-  
to quod diuitias pariat heredi indi-  
gno. postremo quod etiam post mul-  
tas opes partas adhuc cupiditates  
suas non expleuerit.

**p** TAMEN curte & c. Hoc ad  
ipsam auaritie naturam refertur. cui  
cum nihil deit semper videtur de-  
esse.

## Argumentum odes. xxv.

**o** Stendit horatius se numine plenum & ab illo in nemora & specus rapi: ibiq; Augusti cesaris  
numen & laudes stellas inferere velle & iouis consilio scribit. Hoc dicit.



Ode. xxv. Ad Bachum.

q QVO me bache Quia despe- rat humana mente posse laudes ce- saris dicere, cupit furore dei rapit, et cum vehementer cupiat, iam se rap- pi putat. Admirabilis ergo dicit Quo me bache rapis, &c.

r QVIBVS in antris. Ordo est. Quibus antris meditans audiat inferere stellis & iouis consilio eter- num decus egregii cesaris.

f STELLIS inferere. q. annuat. decus cesaris idest ipsum cesarem cui erit summum decus in signu aliquod celeste conuersum iri. Sic enim & Virg. spacium libe occu- paturum eu scribit vt sit inter scor- pium & virginem vt a scorpio mar- tis domicilio disciplina rei milita- ris a virgine que mercurii est scien- tia atq; eloquentia prouentura sit. At enim antenouu tardis sydus te mensibus addas. Qua locus eri-

q Vo me bache rapis tui <sup>bachu</sup> Plenu q nemora: aut q<sup>s</sup> agor in <sup>ducos</sup> <sup>speculus</sup>

Velox me te noua: qbus <sup>q vincus inter mortales sit</sup> (specus Antris egregij cesaris audiat

Aeternum meditans decus <sup>in quibus antris audiat</sup>

Stellis inferere: & consilio iouis <sup>cantabo miracula nouum</sup> Dicam in signe recens adhuc <sup>non viciu ab alio aliter montibus;</sup>

Indictum ore alio non secus in iugis <sup>siq; somno</sup>

Ex somnis stupet euhias <sup>fluuium thraae.</sup>

Hebru prospiciens. & nuc niue cadidu <sup>thraciam qui barbari gambulant</sup>

Thracen. ac pede barbaro <sup>mons thraae</sup>

Lustratam rhodopen. vt mihi deuio <sup>fluminu angusti decus ab alijs indicium intelligit</sup>

Ripas & vacuum nemus <sup>bachu mansarum</sup>

Mirari libet. o naiadum potens

Baccarumq; valentium <sup>longas</sup>

Proceras manibus vertere fraxinos <sup>l. syriis versibus</sup>

Nil paruum aut humili modo <sup>si me in tuos specus duxeris dulcis labor</sup>

Nil mortale loquor. dulce periculu est

O lenes sequi deum <sup>aur tua aur cultorum tuoru</sup>

Cingentem viridi tempora pampino.

gonē inter chelasq; sequentes. Pan- ditur ipse tibi iam brachia contra- hit ardens. Scorpius & celi iusta plus parte reliquit.

t NON secus. Sensus est non alio- ter bacha prospiciens hebrum flu- uium thrae vel rodopen monte regionis eiusdem delectatur qua ego videns nemora scripturus ces- aris cofecratione i antris musicis.

v EVHIAS. idest bacha est eni patrononimicum foemininu. na euhias bachus est a voce bachatu.

x HEBRVM. Hebrus fluius est sub rhodope thrae montis uos vt scribit Plinius li. iiii. de quo etiam Strabo li. vii.

y DEVIO. Deuium est a via re- motum ac per hoc in siluis ac soli- tudinibus agentum.

z LENEAE. A torculari quo vi- num exprimitur bachum dici vo- lunt vt ait Diodo. li. iiii.

Argumentum odes. xxvi.

a Mori finem imponere destinar. & in veneris templo barbyton affigere tanquam emeritus: ora- postea venerem; vt cloen asperam semel flagello tangat, Hoc dicit. M iij



Ode. xxvi. Ad Venerem.

**a** MILITAVI. Nam spes que  
dam militie esse videtur amare. hinc  
Ovidius. Militat omnis amans et  
habet sua castra cupido.

**b** LEVVM latus. In sinistro tē  
pli latere intelligit.

**c** MARINE veneris. Ex spuma  
enim nata est in mari. propterea  
in littore sibi templa ut plurimum  
fiabant. Luena. ante domum vene  
ris quam dorica sustinet anchon.

**d** LYCIDA funalia. Faces intel  
ligit quibus amicarum janue vres  
bantur aliquando.

**e** VECTES. Instrumenta sunt  
ad aliquid subvertendum euertē  
dumque qua propter & thrafo thai  
dis domum expugnaturus inquit  
Procede hunc cum vecte dorax.

**v** Ixi puellis nuper idoneus

Et militavi non sine gloria;

Nunc arma defunctumque bello

Barbiton hic paries habebit

Leurum marine qui veneris latus

Custodit. hic hic ponite lucida

Eunalia & vectes & arcus

Oppositis foribus minaces

O que beatam dicit tenes cyprum: &

Memphim carentem scythonia niue

Regina sublimi flagello

Tange doem semel arrogantem.

**f** CYPVVM. De illa insula dictū  
est superius ode. i. li. i. & aliis locis.

**g** MEMPHIM. Erat memphis  
egyptiorum regia. vrbs magna &  
populosa & secunda post Alexan  
driam. vide Strabonem li. xvii. &  
Diodorum siculum.

**h** SITHONIA niue: thracens  
a monte thracie. Virg. Sithoniaque  
niues hiemis subeamus aquose.

**i** SVBLIMI flagello: In alrum  
sublato ictu. quod fit dum quis ve  
hementius vult ferire & ideo doem  
quia arrogans est & superba amā  
tibus percuti vulnere graui dicit  
debet amoris plaga veneri.

Argumentum odes. xxvii.

**g** Alatea poete amica migrare volente optat Horatius ut impij malo omine pergant. ipsa vero fe  
lici auspicio. Et quia illius digressus eum pigebat. tempestatem iminere indicat. quam hostib?  
imprecat. Exēplo deinde europes eam a migrādi sentētia rcuocare nitit: illa. n fidens mitissimo tauro e  
phoenitia in crete vsq; per equor ab illo vecta est inscio pre a gne. vbi maximā qstā ven? solata est. h. d.



De. xxvii. Ad Galateam

**I** IMPIOS parre & c. Gen<sup>o</sup> cause deliberatum est. huius finis utilitas habetur. hec autem in tutum et honestum diuiditur. demonstrat autem inutile esse iter. quia periculosum.

**k** PARRE. Parra auicule gen<sup>o</sup> est in latio nunc vulgo parruza dicitur. Plin. autē li. xviii. c. xlii. scribit. autem parram oriēte syrio ipso die non apparere. donec occidat.

**l** OMEN. Pro augurio posuit. Augurium autem fit. aut ex garrigatu autum idest ex cantu. aut ex volatu expastu quod appellatur tripudium. q. tern pauum.

**m** RAVA lupa. Plin. li. viii. scribit. quod in italia quoq; credit luporum visus esse noxius vocēq; homini quem priores contempnentē adimere ad presens inter auguria ad dexteram commentium precioso itinere si pleno ore fecerit nullū omnium prestantius.

**n** MANNOS. Pusilli equi manni dicuntur quos vulgo buricos appellat vt porphirio scribit. Ac rō vero ait mannos dictos quod cōsuetudine manum familiaris sequantur.

**o** IMBRIVM. Diuinam cornicem dicit imminentiū imbriū preciam Virg. li. i. g. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce Et sola in sicca secum spatiat are

**i** Impios parre recinentis omen

Ducat & pregnās canis: aut ab agro

**R**ava decurrens lupa lanu vino

**F**orta & vulpes  
Rumpat & serpens iter institutum

**S**i per obliquum similis sagitte

**T**erruit mannos: ego quid timebo

**P**rouidus auspex

**A**nteq; stantes repetat paludes

**I**mbrium diuina auis imminentum

**O**scinem coruum prece suscitabo

**S**olis ab ortu.

**S**is licet foelix vbiq; mauis

**E**t memor nostri galathea viuas

**T**eq; nec leuis vetet ire picus

**N**ec vaga cornix

na. Et caput obiectat querulum venientibus vndis.

**p** OSCINEM coruum. Oscines dicuntur aues que voce augurium faciunt prepetes que volatu vt Virg. Qui volucrum linguas et prepetis omnia penne. Sentus autē est. & ordo. Ego prouidus auspex suscitabo pede coruum oscinū ab ortu solis. quia inde a coruis bona proueniunt auguria.

**q** SOLIS ab ortu. Ab ortu enim solis prospera corui omnia sūt. aduersa ab occasu.

**r** SIS foelix. Ordo est. Galathea sis foelix & memor nostri. licet vt uas vbiq; mauis. idest & si sine me esse mauis sis foelix tamen

**s** LEVVS picus. Plin. lib. x. scribit picum marium insignem & magnum esse in auspiciis quodq; ipsi picu principales latio sunt in auguriis. ab rege qui nomen huic aui dedit. Refertq; in L. tuberonis precioris urbane capite ita placide reledisse vt manu prehenderetur. dixere augures si dimitteretur reipub. xctium portendi si examinaretur pretori. Examinauit pretor. ac paulo post impluit prodigium.

**t** VAGA cornix. de cornice Virg. li. i. g. aut Cum cornix plena pluuiā vocat improba voce. Et sola in sicca secum spatiat arena. & c.

# Liber Tertius

v **SED** vides. postq̄ per insinuationem animum Galathee occupauerat. nunc iam a profectione illam dehortatur.

x **PRONVS** orion. In occasum vergens de quo late superius.

y **ATER** sinus adrię. Adriaticum mare obscuram tempestatem portendere indicat.

z **ALBVS** iapix. is ventus est ex apulie ore proficiscens de quo latius ode. iii. li. i.

a **HOSTIVM** vxores. Hostibus imprecatur ventorum huiusmodi atq; equoris.

b **SIC** & europe. Exemplo europes eam a migrandi sententia reuocare nititur. Europa autem agenoris phoeniceę regis filia fuit. & cum vna virginibus tiris inter armenta luseret. captus eius amore iupiter per mercurium curauit. vt armenta a montibus littoni admoueretur. Ipse autem pulcherrimum taurum conuersus mitem se virgini obtulit. at illa & pulchritudine & mansuetudine illius delectata adeo paulatim assuevit. vt illum ascendere non dubitaret. at iupiter aptatam predam per mare vehens in cretam transfuexit. & in veterem formam reuersus pro coniuge habuit. ex eaq; Minoam Rhadamantum & Sarpedonam substulit de qua late Diodo. li. vi.

c **NIVEO** doloso credidit tauro. Credidit tauro doloso latus nixueu habenti de quo Ouis. li. ii. meth. sic ait. nunc latus in saluis niueum deponit arenis. paulatimq; metu dempto. modo pectora prebet virginem palpano manu. modo cornua fertis Impedienda nouis. ausa est quoq; regia virgo. nescio quem premeret tergo considerare taum.

<sup>in galathes. festinet</sup>  
v **Sed vides** quanto trepidet tumultu

<sup>f. in occasum horatius signi cede</sup>  
f **Pronus orion.** ego quid sit ater

<sup>maris padanici serenus</sup>  
a **Adrię noue sinus.** & quid albus

<sup>ex apulia proficiscens</sup>  
b **Pecchet iapix**

<sup>comortonea</sup>  
c **Hostium vxores** pueriq; cecos

<sup>ppet tempestatē vndarum & tonitruum</sup>  
d **Sentiant motus orientis austru**

<sup>fluctuū litorea</sup>  
e **Aequoris nigri fremitum & trementes**

<sup>simili modo</sup>  
f **Verbere ripas.**

<sup>feruencem</sup>  
g **Sic & europe niueum doloso**

<sup>quos in medio fore mari cognouit</sup>  
h **Credidit tauro latus & scitentem**

<sup>vehementer timuit</sup>  
i **Beluis pontum mediasq; fraudes**

<sup>ipsa</sup>  
k **Palluit audax**

<sup>c</sup>  
l **Nuper in pratis studiosa florum.** &

<sup>lucida</sup>  
m **Debite nymphis opifex corone**

n **Nocte sub iustri nihil astra preter**

<sup>europae</sup>  
o **Vidit & vndas**

<sup>ve dixit</sup>  
p **Que simul centum tetigit potentem**

<sup>p a filia relictā</sup>  
q **Oppidis creten. pater o relictum**

<sup>errore mēris v' amore</sup>  
r **Filię nomen pietasq; dixit**  
s **Victa furore.**

<sup>a quanta dignitate</sup>  
t **Vnde. quo veni. leuis mors est**

<sup>ego europe</sup>  
u **Virginum culpe vigilans ne ploro**

<sup>a. somnū vici</sup>  
v **Turpe commissum. an vitijis carentem**

w **Ludit imago**

d **PALLUIT** audax. Id quod efficitur posuit pro efficiente. id est que ante audax fuerat. nunc palluit.

e **STVDIOSA** florum. id est que nymphis studeat facere floreas coronas.

f **QUE** simul centum. Ordo est. que simul attigit creten potentem centum oppidis victa furore dixit o pater o pietas relictum nomen filię.

g **CRETEN.** De hac etiam Maro ait. Centum digesta per vrbes.

h **PATER** o relictum. Gemenis europe verba sunt. Est autem ordo o pater appositio nomen relictum filię pro a filia.

i **PIETASQUE.** Tullius pro plantio inquit quid est pietas nisi voluntas grata in parentes.

k **VNDE** quo veni. Ordo est. unde veni quo veni. vel unde id est qua pietate paterna quo veni.

l **LEVIS** vna mors est virginum culpe. Sensus est. quod vnica mors culpe crimini & peccato virginum leuis est. meretur enim virgo peccans plures mortes. is proprius & verus sensus huius loci est. & esse debet non alius.

m **VIGILANS** ne ploro. dubium est an vere scelus commiserit. vt relictio patre secuta fuerit taurum.

n **VICIIS** carentem. id est me que vitio caream nec verum sit. quod mihi forte videtur. vt rapta fuerim.

o PORTA eburnea. Vir. in fine li. vi. en. ait. Sit gemine somni. por te. quarū altera fertur cornea. qua veris facilis datur exitus vmbri. altera candenti perfecta nitens elephanto. Sed falsa ad celum mittit infomnia manes.

p. INFAMEM iuuenum. aut famosum aut certe sibi infamem. aut infamem propter dolum machinatum.

q. LACERARE ferro. Virg. vt non potui abreptum diuellere corpus & vndis spargere. vt indignationem simul sexus indignatione monstraret.

r. IMPVDENS orcum. Sensus est. vt sine pudore patriam reliquit ita sine pudore viuo.

r. TVRPIS macies: que turpes facit. vt ante deteriorationem formę optat perire.

t. SVCCVS. viriditas. Pulchritudo corporis signatur. vt corpus solidum & succi plenum.

que somnia vana errantur.

Vana, que porta fugiens eburna <sup>conducibilis</sup> Somnium ducit. melius ne fluctus

Ire per longos fuit an recentis <sup>legere</sup> Carpere flores.

Si quis infamem mihi nunc iuuenum <sup>europę</sup> <sup>tradat</sup> <sup>q</sup> <sup>conabor</sup> Dedat irate: lacerare ferro &

Frangere enitar modo multum amati <sup>paulo ante</sup> Cornua tauri:

